



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Quæ sit definitio, & natura æui. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

ex eorum sententia expostum est: quorum rationem ibidem etiam tetigimus. Putant enim, mensuram debere esse superioris cuiusdam ordinis, & suapte natura notioem: tempus autem est duratio quædam inferior aucto Angelorum.

Durand.

Tempus ex natura sua mensura est Angelorum inter se.

Secundum opinionem est Durandi, qui non solum negat, æuum esse mensuram alicuius Angeli, ut præcedenti disp. vidimus, sed etiam ait tempus vere, & proprie esse mensuram cuiusque. Quæ sententia nobis omnino probaretur, nisi addidisset, hoc genus mensuræ esse heterogeneum, & alterius rationis, non quia Angeli substantia immortalis sit, tempus autem corruptioni obnoxium, si verum est, celi substantiam corrumpi posse, aut saltem motum illius naturæ suæ non esse perpetuum, quod sit a principio extrinsecus actus, nempe intelligentia: sed quia tempus extensum est, & successionem habet, Angeli autem duratio individua, & tota simul. Quare (inquit Dur.) Angelus solum definitur tempore nostro, quatenus cum eo simul existit, non quia congenita sit utriusque duratio.

CAPVT II.

Tempus nostrum esse mensuram durationis Angelorum, tamque homogeneam, quod est proprium omnis mensuræ.

Okam.
Gabriel.

Aristot.

IN hac quoque controuersia dissensio vocum, non rectum est Nam S. Thomas, & auctores primæ sententiæ videntur locuti de mensura perfectionis: ceteri vero de mensura, prout ab Aristotele definitur 10. Metaph. cap. 2. & 3. de hac autem mihi placet sententia Okami, & Gabrielis locis supra allegatis, quam nemo inficiabitur, nempe, non solum æuum non esse mensuram Angelorum, ut probatum manet, sed etiam tempus nostrum vere, & proprie eorum esse mensuram. Ac proinde contra Durandum nos addimus hanc mensuram aucto Angelorum esse congeniam. Id enim ex sententia Aristotelis 10. Met. c. 2. & 3. necessarium est, ut vnum sit alterius mensura: ad hoc vero satis est, utrumque esse durationem. Duratio enim non grauitatem, aut pondus, sed aliam durationem promensura habet. Nec obstat, quod Angeli duratio individua sit, & permanens; temporis autem duratio fluens, & extensa: nam & Angeli duratio, seu æuum, ad modum fluentis à nobis concipitur, ex quo ei optime fluentem durationem, ut mensuram, applicamus. Cum vero mensura non sit aliquid extra animam, sed solum ab intellectu, ut disp. 3. c. 5. probatum manet: satis quoque videtur, ut res individua vere, & proprie dicatur mensuræ subiecta, si ea à nobis per modum fluentis, & habentis successionem concipitur: nec opus est re ipsa extensam, & fluentem esse, sicut id, quod assumitur, ut eius mensura.

Mensura non habet effectum.

Esse igitur tempus mensuram Angelorum, ex prædicta definitione mensuræ colligitur. Id enim est mensura, quo quis dignoscit quantitatem alterius, seu durationis: & denique quo quis dignoscit quicquid ad modum quantitatis concipitur: tempore autem optime cognoscimus, quanta fuerit Angelorum ætas, & quanto antiquiores fuerint aut diluuii, aut cuiusvis animæ creatione: nec aliter id cognoscere possumus: ergo est vere, & proprie Angelorum mensura. Demum in confirmationem huius sententiæ quædam obseruanda sunt.

Primum est, mensuram non debere esse naturæ suæ perfectiorem re, quam metitur, aut causam

Vasquez in 1. part. Tomus I.

illius: hoc enim in definitione mensuræ non expressit Aristoteles: sed debet esse notior, siquidem eatentis aliquid est mensura, quatenus ut principium, seu instrumentum, assumitur ad cognoscendum id, quod obscurum est.

Secundum est, non debere esse nobilioris substantiæ, nec etiam eiusdem: hoc enim accidit mensuræ, ut nos in cognitionem rei, quam metimur, deducat. Quocirca pondere auri possumus metiri pondus ferri, & longitudine longitudinem, & motu celi reliquos omnes motus horum inferiorum. Sic etiam non est necesse, durationem esse nobiliorem, vel certe æque perfectam cum duratione, ut illius possit esse mensura, sed satis est, ut utraque sit duratio, & perseverantia in esse, & concipiat ad modum extensæ, & fluentis, licet altera sit individua, & permanens, ut prædictum est: hoc enim modo una duratio potest nos certiores reddere alterius, ac proinde esse potest illius mensura.

Tertium est, cum omnis mensura referatur ad intellectum, tempus esse mensuram aucto Angelorum nostro intellectui, non Angelico, aut diuino: solus enim noster indiget ad res definite cognoscendas mensura aliqua, & unitate. Deus autem, aut Angelus; quod intueantur res ipsas, sicut sunt, nec ea indigent, nec ea ullo modo uti possunt: at hoc satis est, ut vere, & proprie, mensura dicatur, cum mensura non sit ex natura rei, sed solum ab intellectu aliquo assumpta.

Postremo denique notandum, cum dicimus, tempus esse mensuram aucto Angelorum; intelligendum esse, non omnino accipiendo æuum, ut perpetuo futurum est, sed quasi ex parte. Videlicet, quia æuum principium habuit, possumus per tempus definire, quantum vixerit Angelus, seu anima usque adhuc, & quanto Angelus antiquior sit anima: ac ipsum in futurum omnino metiri certe non possumus: quia sicut id quod caret principio, non potest mensuram subire, sic etiam quod caret fine, ex ea parte definiti nequit. Deus autem, quod ex omni parte infinita sit durationis sine principio, & fine, nulla ratione mensuram habet, ut optime notarunt Gabriel, & Okam, non quod sit superioris naturæ, nam mensura non debet esse nobilior re, quam definit, ut prædictum est, sed quia omnis mensura ad unitatem reducit, ut per replicationem rem metiatur: quare postulat terminum fixum, unde repeti incipiat, quem tamen Deus non habet re ipsa, nec intellectu nostro in ipsius æternitate designari potest: secus autem esset in motu celi, si æternus esset: cum enim haberet fluentem successionem & dies, menses, atque anni per se in eo assignari possent, initium etiam posset constitui.

CAPVT III.

Quæ sit definitio, & natura aucto.

Reliquum est ut iam ex dictis naturam, & definitionem aucto colligamus. De qua, licet nihil auctores expresse dixerint, arbitror proportionem quadam, sicut de æternitate, dicturos. Nam Ferrar. rariensis dicit, ad rationem aucto non solum durationem realem pertinere, sed relationem quoque mensuræ, quam dicit esse rationis. Recentiores vero Thomistæ utrumque etiam ad rationem aucto quodammodo spectare: respectum tamen rationis directe non includi, sed solum connotati.

Q3

Vtrum.

Vtrumque autem ex dictis in ea, & in hac disputatione facile posset impugnari.

*Caietanus.
Etiam quid.*

Melius igitur est si dicamus, sicut Caietanus dixit de aeternitate (quamvis in eo eius sententia non fuerit nobis probata) naturam æui, formaliter nihil aliud esse, quam permanentem quandam, & indiuiduam Angelis, & cuiusque substantiæ etiam corporatæ in suo esse durationem, cui tamen coniuncta esse potest operationum, & accidentium varietas. Atque hoc modo tota æui ratio realis erit, nec ad illam formaliter pertinebit, aut ratio mensuræ actiue, cum hæc nullo modo ei conueniat, ut probatum manet, aut ratio mensuræ passivæ: quamvis enim, ut nunc est, sub mensura cadere queat, tamen si principium non haberet, non posset; diceretur nihilominus æuum eiusdem rationis: existimo ergo, nomine æui nec expresse significari, nec conotari respectum mensuræ passivæ, nec negationem illius, sed solum durationem illam permanentem: cum tamen nomine aeternitatis significetur negatio illa mensuræ, disput. 31, cap. 6, explicatum est. Hinc autem constat, æuum ab aeternitate differre: tum quia aeternitas est ita permanens, ut nec coniunctam habeat varietatem, æuum autem coniunctam habet varietatem: tum etiam quia aeternitas mensuræ negationem includit, non autem æuum. A tempore vero differt æuum, quia tempus non est solum duratio motus, sed etiam numerus illius, & mensura cæterorum, & ita aut est aliquid rationis, aut aliquo rationis completur: æuum autem nihil rationis habet, sed solum est duratio rei permanentis, ut dictum est.

*Æuum in
quo ab æter-
nitate differ-
rat.*

DISPUT. XXXVI.

Quæ sit operationum Angelorum,
visionis beatificæ, & rerum cor-
porarum mensura.

De operationibus Angelorum, cap. 1.

De visione beatifica, & gratia, cap. 2.

De rebus corporibus, & corruptionis obnoxij, cap. 3.

CAPUT I.

De operationibus Angelorum.

Sub vna disputatione placuit, hæc omnia complecti, quod vna sit eorum ratio, & ex doctrina tradita eodem modo de singulis philosophandum sit, ut clarius procedamus, sigillatim de ipsis dicendum est.

*Scotus.
Operationes
naturales
Angelorum
aut mensu-
raret aut
Scotus.*

De operationibus immanentibus Angelorum. prima opinio est *Scoti* in 2. d. 2. q. 4, qui docet, naturales operationes (nam de beatifica sequenti erit controuersia) sicut ipsam Angelis substantiam, æuo, ut propria mensura, definiri. Probat primum, quia esse illarum est permanens totum simul, sicut substantiæ: ergo æuum erit illarum mensura, sicut substantiæ. Nec obstat, quod Angelis substantia sine fine durabit, non autem operatio: nam licet Angelus non esset in perpetuum permanens, propria mensura substantiæ illius, esset æuum.

Deinde quia mensura claræ visionis Dei in omni sententia est æuum, visio autem includit aut supponit operationem naturalem, & nullum æternum, hoc est, quod æuo continetur, includit, aut supponit aliquid posterius, quale est temporale: ille ergo actus, seu operatio naturalis, quæ in visione continetur, vel supponitur, non definitur

tempore, sed æuo, ac proinde reliquæ omnes eandem mensuram habere debent. Ideo vero dixit Scotus, in visione includi, aut supponi operationem, seu actum naturalem, quia visio producit a potentia ipsa naturaliter, est enim causa illius simul cum lumine gloriæ. Cum autem ex sententia Scoti eadem d. q. 3, quam disput. 34. c. 1. retulimus, nullum æuum sit mensura eius, in quo est, sed illud æuum quod est extrinsecum, & in alia re, sit mensura alterius, consequenter dicendum est, mensuram operationum Angelis, non esse æuum, quod est ipsarum duratio, sed aliud æuum vel substantiæ ipsius Angelis, vel denique vnus operationis æuum, alterius esse mensuram.

*Tempus
quodammodo
est mensura
operationum
naturales
Angelorum.
S. Thomas.
Caietanus.
Henricus.
Capreolus.*

Secunda opinio asserit, nec aeternitatem, nec æuum, nec tempus nostrum esse mensuram harum operationum, sed tempus quoddam peculiare, & ipsis proprium, quod discretum vocant. Sententia est *B. Thomæ* art. 5. ad 1. *Caietani*, & recentiorum ibi, *Henrici* quod 1. 2. q. 8. *Capreoli* in 2. d. 2. q. 2. art. 1. concl. 3. Tempus autem discretum appellant, quod diuersis instantibus constat separatis, & nullo modo continuis. Vnumquodque vero instans, est duratio cuiusque operationis, quæ licet, simul cum tempore nostro duret, tota est simul, & in se ipsa indiuidua cumque inter ipsas operationes sit quedam successio, dicunt illam esse tempus discretum est enim similis temporis nostro, cuius esse in successione positum est. Differt autem, quia non est continua. Sicut etiam idem *S. Thomas* q. 13. art. 3. docet, motum discretum Angelorum tempore discreto, tanquam mensuram definiri, imo & continuum motum tempore etiam continuo, alterius tamen rationis, quam est nostrum.

*S. Thomas.
Augustinus.*

Hoc autem genus temporis discreti videtur sibi *S. Doct.* colligere ex *Aug. de Genesi ad litteram*, c. 20. At vero de nostris cogitationibus, etiam intellectus, docent recentiores aliqui, eas sub mensuram temporis nostri cadere, quod a phantasmate pendeant, licet in se spirituales sint, phantasma autem sub temporis nostri mensura sit: demum æuum esse mensuram cognitionis illius naturalis, quæ Angelus se ipsum intelligit, & Deum, docet *S. Thomas* quodlib. 5. art. 7. & cum eo recentiores non pauci, sicut etiam & substantiæ ipsius Angelis, quod ab ea operatione Angelus nunquam desistat, & eodem modo sicut sua substantia, sine fine perseueret.

*Sententia
aut. 7. 5.*

Verum ex dictis in alijs disputationibus facile deducitur, quid in hac re dicendum sit. Aut enim fermo est de duratione intrinseca operationum, non considerando in ipsa rationem mensuræ, aut de propria, & vera mensura ipsarum. Si priori modo loquamur quo videntur loquuti Doctores allegati, quæstio non magni momenti est, cum vovum, non rerum esse videatur. Nam si spectemus id, quod est in re, nullus negare potest, quamlibet operationem intellectus Angelis, & hominis esse in principio, & sine indiuiduam, totam simul permanentem: nisi forsan contingat eandem intentionem effici se ipsa, aut remissiorem, tunc enim aliqua in ipsa erit successio. Secundo certum est cognitionem, quæ se, & Deum intelligit Angelus, esse indiuiduam, & totam simul cum principio, & sine fine, absque vlla variatione, si semper elicitur ex toto conatu, de quo non est modo disputandum. Tercio absque dubio inter operationes ipsas Angelis est successio quedam discreta: parum tamen refert, hoc aut illud durationis genus, hoc aut illo nomine

3